

REINHARTVS COMES SOLMENSIS.



R Einhartus ex illustri familia comitū à Solmī anno 1492 natus fuit. Eum parentes optimis literis instituendum bonis præceptoribus commendarunt. erat enim felici ingenio prædictus, & multis corporis & animi uirtutibus exornatus. Is cum adoleuisset, liberales artes dilexit, & nihilominus Cœsarum castra secutus fuit. In primis uero expeditiōnibus Turcicis & Gallicis interfuit, & suę fortitudinis multa documenta dedit. Ut etiam certa ratio bellorum cognosceretur, ipse primò de nobiliū origine, deinde de certa bellandi ratione libellos conscripsit. Cum hoc modo belli & pacis studijs esset clarissimus, copiarum ad Rheni tractum præfectus constituitur. hanc etiam functionem summa cum laude diu administrauit, & tandem septuagenarius anno 1562 uitam cum morte commutauit.

Math, Castrutius,